

3089

LITURGICI

3090

DCCCLIX.

557 Codex chartaceus lat. germ. Sec. XV. Folior. 177. 4. commode perscriptus, rubricisque enotatus Sequentia complectitur: **I. Incipit Breuiarius Secundum modum Aquilegen. Dyoc.** Est Ordo recitandi divinum Officium, indicatis tantum Partium initiis, qui vulgo *Directorium* adpellatur. Inchoat vero: *Secundum sex etates seculi dispositus hystoriarum (Lectio-num) ordo per circulum anni &c.* Ad finem Articulus adjicitur: *Quo ordine prefaciones sunt tenende*, ubi de *Novem Praefationibus a Pelagio institutis*, et inter alia: *Prefacionem de Sancta Trinitate per circulum anni dicere possumus tantum in dominicis diebus*, ad quos dies aevo nostro eam reduxit *Clemens XIII. P. M.* Ad calcem haec Rubrica: *Scriptum per manus Caspar. Krewtzer de Ebenfuert (Austriae infer.) pro tunc Regens Opidi Gotzffe (Carnioliae, et Dioec. Aquilej.) Sub anno domini Milleesimo Quadringentesimo quadragesimo primo In vigilia Petri et Pauli apostolorum. Adhaeret Mandatum cujusdam Papae vel Episcopi de eodem Horarum Canon. Modo ab omnibus Clericis secularibus observando. Quia ut percepimus diuersi diuersimode &c. Sine die et consule.*

II. fol. 73. absque Titulo *Ufuardi Monachi Sec. IX. S. Germani de Pratis Martyrologium.* Initium, ut in *Cod. S. Germani edito Paris. a Jac. Bouillart 1718. 4. a 24. Decembris five IX. Kal. Jan.* pro quo lapsus Librarius *Non. Kl. Martij* p̄sult. Exemplum cum edit. *J. B. Sollerii Antverpiae 1714. f.* collatum e probo Codice profectum videtur; ita non multis infarctum est Auctariis. Legitur tamen VIII. Kal. Jan. *ebdomada iuxta Danielis propheciam sexagesima sexta.* Et: *sub nicetio urbis prefeſto*, omisso: *post sacros virginum choros*, quod alioquin *ἀλογον* videtur, nisi e *Cod. Bruxell.* ut est apud *Sollerium cit. p. 766.* addas: *quos Christo agregaverat. XVIII. Kal. Sept.* habetur cum pluribus: *Assumpcio sanctissime dei genitricis Marie*, non *Dormitio.* In fine, X. Kal. Jan. *omittitur beatos*, legitur *desponsata cuidam pagano*, et *plurimas domino virgines*, et *vsque ad mortem pro usque ad finem vitae.* Adscripta est, nescio unde, mystica *Expositio Osculorum Pedum, Manuum et Oris. Nota tria sunt Oscula, primum pedum &c.*

III. fol. 132. p. 2. Rhythmi ascetici, quorum initium.

*Ecce mundus moritur vicij sepultus
Ordo rerum vertitur cessat cbristi cultus &c.*

O o 3

Post

3091

C O D I C E S

3092

Post multa de Seculi perverfione lamenta fequitur *Conflictus* ille corporis et anime, quem obvium habuimus *Cod. CCCXXIX.* fed ibi rectius fecriptum; hic enim legas:

*Uir quidam excitatur (extiterat) dudum Heremita
Philibertus (Fulbertus) Francigena cuius erat (dulcis) vita &c.*

IV. fol. 139. *Incipit liber filiorum dei.* Initium: *Quicumque vult vivere in perfe&issimo ftatu alme matris eccle&ie nece&e e& primo ut fit bonus homo inftanter a&ualis. Secundo ut fit zelotes fpiritualis. Tercio eleuatus contemplacionis fupernaturalis. Quarto caritate effluens communis ac generalis.* Atque Quatuor haec per Articulos XIII. deducuntur. Teftis nullus praeter *Biblia* et *Bernardum* ex-

citatur. Itaque nescio, ad quem referam iftum Libellum.

V. fol. 154. p. 2. *Commentariolus fabulofus de Fuga Cbristi in Aegyptum, Caede Infantum et tribus Herodibus,* hoc principio: *Innocentes vno die antequam ab Herode occiderentur, apparuit angelus domini &c.* Subfecriptum notum *Prognoficon Clara dies Pauli &c.* et iftud minus notum:

*Vincenti fefto fi fol radiat memor e&to
Tunc prepara vas quia vitis dat tibi uvas.*

VI. fol. 156. *Certamen Mifericordiae et Iuftitiae ante Iudicem in fine mundi.* Initium: *In die furoris domini cum venerit iudicare viuos et mortuos &c.*

VII. fol. 157. p. 2. *Capitulum Quintum.* Cum igitur obtinuiffent filij ysmabel vniuerfam terram et depopulaffent vrbes et regiones &c. *Revelationes funt Pseudometbodii* initio truncatae, de quibus jam fermo ad *Codd.* plures. Hic in *Capita* XVIII. diftributae funt, quorum IV. priora deficiunt, *quintum* vero coincidit cum fol. 9. Editionis a. 1516. *Basileae* 4. curatae a *Seb. Brant*, quo in negotio *Virum* cetera fat emunctae naris mirere, multoque magis *Wolfg.*

Lazium, de quo ad *Cod. DC. XXXII.*

VIII. fol. 169. p. 2. *Prognoficon pro Anno domini MCCCC. LXXVIII.* cum Serie *Ecclypsum* usque ad an. 1491. *Divifum* e& in *Conclufiones* XII. quarum I. incipit: *quod prima quarta anni preter curfum fuae nature ad frigiditatem declinabit &c.* *Italis* lites et rixae, *Friderico III. Imp.* infortunia, *Venetis* gloria ex armis praedicuntur. *Imperatorem tewebrorum* (Mahometen II.) non credit *Vates* nofter hoc anno in humanis confervandum. At is a. demum 1481. exceffit.

IX. fol. 172. p. 2. *Verfio germanica* (fi modo *Verfio*) *Epiftolae*

3093

LITURGICI

3094

fiſtitiae de nato *Antichriſto* a Republica *Veneta* per *Italiam* divulgatae; ita enim a Nugivendolo quodam inſcribitur: *Ain Copides brief der da geſchickt iſt worden von der durchleuchtigſten Herſchaft Venedig durch den groſſen Maiſter zu Rodiſ Anno LXXXVI.* Initium: *Chundt ſey euch allen ſtetten vnd Herrn durch Wälſiſche land wie uns von den groſſen maiſter von Rodiſ geſchickt offenware brief durch unſer Kuntſchafter, die zu guet vnſeren glauben an den enden bey Babiloni wie daſelbs in ainem dorff von einer ſchlechten frauen ſey geporen ain kind des vater man nicht vindt, Aber ſein mueter iſt gebaiſſen atbayals von dem ſtam Eua.* Deinceps *Portenta partum antecedentia et comitantia* narrantur, terminaturque *Epistola: wann es iſt nun nabent das end der welt.* Anno *ſc. 86.*

X. fol. 174. *Prognosticon* lingua germanica de 4. Anni Vicibus ductum a die Hebdomadis, in quem *Calendae Januariæ* incidunt. Ita: *Ob der kalender des januarij wirt new an dem ſunntag, ſo wirt der winter lind vnd warim, vnd wirt der lencz windig werden, der ſummer dur vnd truken, das leſſen gut, dye ſchaff merint ſich. Henig wirt vil &c.*

XI. fol. 177. *Fragmentum Danielis Prophetæ a C. XIV. v. 28. usque ad finem.* Praeterea utriusque *Codicis* thecae partim *Remedia variorum Morborum*, partim sequentes *Notæ temporis* inſcriptæ leguntur: *Anno LXXXI.*

rex ungarie nomine *Mathias* obſedit *Marpurgam* (*Styriae*) cum exercitu magno dominico die ante *valentini*. *Sabato die ante pentecosten* cum violenti manu intrauerunt *M.* stipendari ad ciuitatem *marpurgam* sine omni dampno et leſione. *Episcopus de gran* venit eodem anno ad *gracz* in die *pentecostes* cum magno exercitu. *Et tunc Vngari receſerunt de marpurga cum scandalo.* Anno *ſc. LXXXIII* pax facta in *karintia purificationis marie* et *ungari receſerunt de Friſſaco* et *Hollen Hoffen* dominica oculi eodem anno. *Sacerdos*, qui haec notavit, etiam fol. 133. p. 2. varia ſua adſcripſit munia, ubi inter alia: *Et veni in die georij ad Marpurgam Anno ſc. 81111.*

DCCCLX.

Codex chartaceus germ. Sec. 187. XV. Folior. 281. f. eleganter caractere luculento ſcriptus, rubricisque diſtinctus, ad uſum olim *Afceterii* cuiusdam dicatarum *Deo Virginum*, complectitur *sacram Pſalmodiam*, et initio quidem *Pſalmos* cum *Antiphonis* per totum annum ad *Matutinum*, *Laudes* et *Vesperas* cantari ſolitos, adjecto ubique ſchemate *muſico*. *Titulus* miniatus eſt: *Hie hebt ſich an der pſalter zw der Metten vnd vespere vnd allen tagzeiten zw den gemain tagen durich das gantz Jar Von erſt an dem Sunntag zw der metten So hebt die Singerin an als am anfank ſtet die rubriccken Von der Heiligen driualtigkeit Das iſt das Invitatorium. der Lad-*